

ARGUMENT.

*Argumentum libri
primi Sententiarum.*

PRimus Sententiarum liber, proposita generali totius Scripture quasi materia, de sacrosancta Trinitate commentationem instituit, docens Deum & in essentia unum, & in personis trinū esse, idēq; partim sacrarum scripturarum testimonijs, partim vestigijs & coniecturis à creatura petitis. Quo demonstrato, de distinctione diuinarum personarum, & quo modo aliæ ab alijs ortum ducant, item quo modo eadem in perennitate, magnitudine, ac potestate æquales sint, longe lateq; differit. Hinc de sextuplici nominum discrimine, quæ Deo attribuuntur, considerat,

ARGUMENT.

107

rat, docens alia nomina esse, quæ
ex omni æternitate in Deum con-
ueniunt, cuiusmodi sunt, Deus, pa-
ter, filius, spiritus sanctus, æterni-
tas, sapientia, persona, lux, splen-
dor, substantia, &cæt. quorum par-
tim propriè, partim metaphoricè
intelliguntur: Alia verò, quæ ex
tempore ei tribuuntur, vt domi-
nus, creator, redemptor, saluator:
incarnatus, humanatus, quorum il-
la relatè, hæc absolutè dicuntur.
Atq; his fusè disputatis, tandem de
scientia, prænotione, prouidentia,
dispositione, prædestinatione, po-
tentia, ac voluntate Dei priua-
tim varias & abstrusas que-
stiones agit, dissol-
uitq;. Atque hæc
summa ferè pri-
mi Senten-
tiarum
libri materia ac
tractatio
est.

A 6

Argu-